

**Theologia medica, i.e. De usu & abusu potus calidi cum herba thee,
exercitatio ... / Publico expositurus est Carolus Christianus Kirchmajerus.**

Contributors

Kirchmajer, Karl Christian, active 1687.
Thile, Johann, 1646?-1688.
Universität Wittenberg.

Publication/Creation

Wittenbergae : Excudebat Christiani Schrödterus, [1687]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/bxmprh9k>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

THEELOGIA MEDICA, 19

i. e.

De

Usu & Abusu Potus[^]

Calidi cum herba THEE,
EXERCITATIO,

Quam

Sub Præsidio

DN. JOHANNIS THILE,

Med. Doctoris, Botan. & Anatom.

Prof. Publ. Sereniss. Princip. Anhalt.

Archiatri,

Dn. Patroni atque Præceptoris

venerandi,

Publico expositurus est

CAROLUS CHRISTIANUS

KIRCHMAJERUS,


Wittebergensis,

Ad D. XXXI. Decembr. A. M DC LXXVII.


In Auditorio Medico.

WITTEBERGÆ,

excudebat CHRISTIANUS SCHRÖDTERUS, Acad. Typ.



Prodromus.


 Pfatum est ex Tripode prolatum illud *Curtii* L. 4. c. 10. de gest. Alex. Magni: *Nulla res efficacius multitudinem regit, quàm superstitio: quod in universum tamen ad opinionem & imaginationem, sapiùs ridiculam, accommodari potest.* Domina hæc animorum, atqve utinam non crebrò etiam tyrannus, imperat diviniore parti hominis, intelligenti animæ. Quis etenim ignorat, potiorem Orbis habitati partem ad inepta & ex se incredibilia, propter superstitionem & opinionem, vel à teneris impressam, vel exemplo digniorum raptam abripi, non in civilibus duntaxat, sed & sacris? Testimonio religionum idololatria & diversitas cum inter Christianos est, tum inter alios, Ebræos & Muhammedanos maximè; de quibus nihil ad nos attinet in præsens scribere. Id monuisse satis sit, quod vulgò dici solet: *Mundus regitur opinionibus.* Opinio videlicet effecit, cur, quæ benignitas divina affatim suggessit nobis alimenta & medicamenta, pedibus subjecta, oculis objecta, exolescant, & in tanto æris desiderio, ingenti redimantur pretio ab exteris. Eò degenerârunt plurimi, ut malint desperare transmarinis mercibus ac rebus, quàm quotidianis passim obversantibus, & moderato harum usu prorogare vitam.

tam. Quasi à Natura derelicti sint, ut ultra Herculis columnas medicinæ & opsoniorum causâ evagandum sit & & vel ab insula *Taprobana*, vel *Gange* fluvio, aut ab ignoto Nili ortu talia sint expetenda? Hûc progressi sunt insaniæ nonnulli, ut *edules nidos* & opiparos è Regno *Tunquin* versus *Cochinchina*, ad *Gallos*, *Anglos*, *Batavos* delicias advexerint: de quibus curiosus sine compari lustrator gentium, *Dn. Job. Baptist. Tavernier* part. 2. Itinerar. rerum Indic. l. 4. c. 2. fol. 65. scribit: *Indem ich von denen Niedlichkeiten dieses Landes rede / will ich ein paar Worte von einer Art Speise / die seltsam gnug ist / alhier melden / das sind nun Vogelnester / welche nur in 4. Inseln / an den Seiten nach Cochinchina / anzutreffen. — Wenn man von Sachen / die damit zugerichtet sind / isset / deucht es einen / als wären diese Nester von allerley Gewürk / so in Orient zu finden / gemacht; sind ohngefehr so groß / als bey uns die Schwalben Nester. Sie werden überall in Indien herum geführt / auch nach Holland / nur zur curiosität; vornehmlich aber nach Tunquin, da dieses seltsame Leckerbissen herkommet. Ich habe derer nicht allein in Frankreich gebracht / und solche vornehmen Leuten verehret / sondern habe derer noch zum Beweis der Wahrheit etliche / die einer meiner Freunde mit aus Holland gebracht. &c.* *Quid per gulæ hæc irritamenta aliud lucratur, quàm ut ad horum stata intervalla novi exteriorq; sæviant in corpus morbi? Et veluti in tantâ æris ægestate perdi aliter pecunia non possit, nisi per humanum corpus egerantur emptæ pretiosè etiam ab Antipodibus! Quàm facilè erat, supervacuis carere, si compescere luxuriam, aut exuere opiniones stolidas nostrates Europæi possent. Inde immensa narium, gulæqve ministeria, & exquisitissimi paratus terculorum. Parum abest, ut exemplo *Elagabali* hi tales Psittacorum*

lingvas ad luxûs infinitam ostentationem denique appo-
nant. Longiùs enumeratu foret, si imaginarias, aut supra
fidem tamen dilaudatas *Moxæ*, *Nisi*, lapidisq; *Bezoar* adul-
terati toties virtutes (*Badzabard* appellant *Perse*, *Arabes*,
Scaligero in opère subtilit. *Velschiog*, testibus, præfat. de
Ægagropil.) examini subjicere ingrediamur. *Succolata*
parcimus & *Coffi*, propter Asiæ & Africæ consensum; intra
seculi unius spatium nobilitatis adeò, ut, cum ignoraretur
Coffi usus antea, ab Eremita *Schicksiadeli* inventus supra
annos XC. nunc in Anglia, Belgio, Germaniâqve vertat
in familiarem potum. Solum nunc sufficiat expendi dili-
gentiùs Idolum Herbæ THEE. Faxit Deus, ut hic labor
in Naturæ veritatem, proximi salutem, & imprimis glori-
am divinam expetat & cedat!

CAPUT I.

De Antiquitate & utilitate potûs calidi.

§. I.

Sapienter, uti solet, *Baco de Verulamio* in Hist. vit. & mortis :
Miramur, scribit, *quomodo illud calidum bibere* (*quod apud
Antiquos in usu fuit,*) *in desuetudinem abierit.* *Bernard. Swalbe*
autem in *Ventric. qverel.* ad veterum & recentior. mores hodiè re-
spiciens: *Malè*, inquit, *etiam calida in luxum versa.* Si quis & usum
& abusum herbæ *Thee*, *Coffi*, & similium consideret, ut passim seculi
in morem vertit, meritò accuset potiones calidas in luxum ver-
sas. Contra Medicum Romanum quendam, quem non nominat,
promisit ex professo se disputaturum *Bartholomeus Paschettus, Ve-
ronensis* lib. 2. de *Destillat.* c. 4. uti confutaret asserentem, neque
olim veteres, nec hâc ætate Indiarum populos potu calido in pri-
mis uti. De antiquis multa eleganter *Joh. Guilielmus Stuckius,*

l. 3. Convival. c. 6. Prolixissimè aggressus rem *Antonius Persius*, conscripto Idiomate Italico tractatu, plurimis desiderato, paucioribus fortasse viso, nec translato in Latinum hætenùs sermonem, »cujus illa est inscriptio: *Del bever caldo, costumato da gli Antichi Romani, Trattato d' Antonio Persio; nel qual si bruova con l' historia & effempio de gli Antichi, & con la ragione, che il bere fatto caldo al fuoco e di maggior giovamento & forse anche gusto, che non e il freddo hoggidi usato, al Papa Clemente Ottavo.*

§. II. Quædam etiam ad historiam hujus rei pertinentia produxit *Ludovicus Nonnius, Antwerpianus Medicus*, de re cibar. l. 4. c. 6. Qui de *Θερωπορία* i. e. potu calido Dissertation. Medicæ. conscripsit & Argentorati publicavit Celeberrimus Professor atque Medicus ibidem, *Marcus Mappus*, ad *Johannis* provocat. *Freinshemii* dissertatiunculam de potu calido, perscriptam ad Archiatrum illustrem olim, *Joh. Kuefferum*. Ut vel inde certum sit, errasse *Hieronimum Mercurialem*, studiis & ratione veterum exercitum, cuique in quamplurimis nec cura in pervestigandis antiquissimis, nec explicandi defuit judicium, (ut cum *Freinshemio Conringius* ὁ πᾶν censuit in Introd. ad universam Medicinam, quod asseruisset: Nunquam bibisse calefactam aquam veteres inter convivia; vel, tantum aliquam affectos valetudine, vel illos denique, qui cupiebant vomere; ut copiosius ingurgitarent, ante coenam aquæ calidæ fuisse usos potu. Quam sententiam fecerunt quoque suam, teste *Mappo*, dissert. Medicâ de pot. cal. §. 17. pag. 7. *Nicolaus Masinius*, *Cæsenas* lib. de pot. gelidi abusu; *Horatius Augenus*, Tom. 3. Epist. Medic. l. 10. epist. ult. *Andreas Baccius* in histor. vinor. l. 4. *Iosephus Castalio* de frig. & calidæ potu, aliiq; *Nonnio* monente.

§. III. Potum illum veteres vocârunt *caldum*, sive *calidum* per syncopen, & *potum calidæ*, maluerunt dicere, quàm *calidum*. Sic *Martialis*:

Caldam poscis aquam; nondum mihi frigida venit.

Aqua ista etenim decoquebatur, & excocta denuò frigidabatur; cujus

cujus voluptatibus adhibitæ jam moriturus exclamavit Nero Imperator: En decocta est Neronis! vid. *Cass. Barthius* lib. *Advers.* 10. c. 1. Lepidam de *calda aqua* retulit historiam *Christoph. Lehmann.* Chron. Spirens. l. 2. c. 45. *Calda potio* Arnobio non tantum, sed & *Vitruvio Horatioq;* nota. *Tacitus* Annal. 13. c. 17. v. 3. ubi de *Britannico* extincto per venenum agit, potionem memorat præcalidam exhibitam in cœna. Testimonia collegit plura Nobiliss. *Freinshemius*, Romanos pariter ac Græcos veteres non tantum in usu, inter sanos atq; ægros, sed & in deliciis conviviisque publicis potiones habuisse calidas. Tantoperèq; potus calidi amore captum pop. Rom. ut mollitiem & luxum poenis coercere opus foret; penes quos potestas erat prohibendi. Neque heri demum nudiusve tertius in Oriente ultimo *Sinenses & Japonii*, sed ab antiquo tempore, ut ipsi confitentur, observarunt morem calidæ bibendæ. Medicus insignis *Nicolaus Tulpius* lib. 4. *Observ. Medic.* cap. extr. exempla talia collegit multa; quibus adde, quæ de potu *Coffi* seu *Coava* Arabum, nec non Ægyptiorum *Prosper* attulit *Alpinus* lib. de Ægyptior. Medicin. & illor. plantis. Conf. & *Bartholom. Paschett.* l. 2. de *Destillat.* c. 4. & *Dn. Laurent. Straussium* disp. de *Coffi.*

§. IV. Præter verum necessariumq; differentiam admittit inter *calidam & caldam* lib. 5. circ. fin. de abusu potus gelidi *Mastinius*; secundum quem vocatur aqua *calefacta calida*; sed *calda*, quæ in conditione naturali permanet; nulloq; casu fit calidior, frigidiorve. Sed fallitur, aut fallit; dum promiscuum ignorat vocis usum. Sic *caldarium* veteribus significabat balneorum locum; testibus *Vitruvio*, lib. 5. c. 10. & *Statio Caldarium* æs *Plinio* vocatur ductile; quod funditur tantum, & fragile à malleis evadit. *Caldus, caldius, caldiss.* probavit *Varro* de re rusticâ; *caldariamq;* cellam refert *Plinius* in Epistolis; ut *caldamentum ein warm Tuch* | *Marcellus Empiricus*, aquamq; *Caldam Ulpianus* l. 19. §. 2. D. Locat. Cond. *Caldor* usitatum nomen. *Gellio, Varroni & Arnobio, Caldarium* vocavit hypocautum *Greg. Turonens.* c. 98. de glor. Confess. ap. *Voss.* de vit. serm. *Quantquam*
vascul.

vasculum per id intelligat *Borrichius Illustris*, p. 54. in *Cogitatione*, de L.L.

§. V. Sed missis his, ad rei & vocabuli antiquitatem pertinentibus, utilitatem potûs calidi spectemus potiùs. Innumera proferri facilè exempla possent horum, qui à potu frigidaë, aut lavandi solo usu, immaturum sibi obitum accelerârunt. De potu autem calido, quòd damnum magnum aliquod intulerit, nil quicquam annotatum reperiri scribit *Perfius* laudat. suprâ c. 12. Qvi „sub fin. c. 5. pace Plinii fatetur: Anzi vo dir questo, con pace di „Plinio, & di chi altrimenti sente, che sia più naturale il ber caldo al huomo, che non e il freddo. Rationes vis? has accipe: Natura sani hominis & vivi in calore debito consistit. Quare veteres, inprimis *Aristoteles*, *Hippocrates*, (& qui non tandem?) τὸ θερμὸν, τὸ θεῖον, vitæ pabulum & alimentum nominârunt, *Caldidum innatum*, appellantes. Nulla res elementaris adeò cum vitali luce insitâ symbolizare solet, atque τὸ θερμὸν. Infantibus in utero, & extra uterum Natura provida de potu calido prospexit primùm. Quid? quòd bruta quadrupedia tenella, agni, hædi, vituli, eqvini aliiqve pulli, matrum ubera lactendo, potum calidum & depellendæ siti, & stabiliendæ vitæ maximoperè commendent. Thermarum usus; non externus ille modò, sed & internus, cur conducit adeò, quàm quòd analogus sit vitæ? *Certè juscula illa*, „inquit Dn. *Freinshemius*, *quæ, cum cibum capimus, ferculorum pompam ferè ducunt, quantum distant à potu? Sane videor videre mihi quædam in illis antiqui moris vestigia*; præsertim cùm *Hispani ipsum adhuc vocabulum CALDO servant*. Quin & *Galli nomen jusculis à potando*, (potages) nostrates à sorbendo *Suppen* dedere. Itaque nunc etiam per totam propè Germaniam aliàs cerevisia, aliàs vina calida bibuntur, crebriùsq; atq; copiosius, quàm ut medicamenti causâ sumi credas. Hæc *Freinshemius* verissimè.

§. VI. Prætereà certissimum est, corrigi decoctione ac salubriora reddi optimè ad ignem calefacta. Et quis nescit, novas etiam

etiam impuras, noxias & crudiores emendari coctionibus solere? Paucis multa: Amicum calidum naturæ nostræ; inimicum verò frigidum. Sapienter, uti ferè omnia, *Hippocrates*, Aph. V. Frigidum inimicum ossibus, dentibus, nervis, cerebro, dorsali medullæ, calidum amicum. Frigidum convulsiones, tetanos, nigrores & rigores febriles affert. v. 17. Frigidum ulceribus mordax, cutem obdurat, insuppurabilem dolorem facit, convulsiones creat. v. 20. Herpetibus exedentibus, sedi, pudendo, utero, vesicæ, his omnibus amicum calidum, interimens & inimicum frigidum. *Hippocrates* Latinus *Celsus* l. 9. Frigus inimicum Seni, tenui, vulnere, præcordiis, intestinis, vesicæ, auribus, coxis, scapulis, naturalibus, ossibus, dentibus, nervis, vulvæ, cerebro. &c. Tenendum, nihilominus, excessum omnem & abusum, dum in nimium abire solet, inimicum; moderata verò tutiora semper. Inde interim patescit, non tam propter vires herbæ *Thee*, aut *Coffi*, quàm propter calidas inprimis potiones consuli ventriculo & intestinis:,, abluui ac dilui sylvestres, acidos & venenatos sapiùs in corpore,, liquores, sales, atq; succos beneficio thermopositiæ; quod probandum erat.

CAPUT II.

De Elogiis Herbæ THEE ac usu.

§. I.

Nec primus, nec potissimus encomiastes extitit Idoli hujus Dn. *Cornel. Bontekoë*, cum in praxi sua, tum in theoria scripti, editi German de *excellenti herba Thee*; nec solùm ante hoc triennium prolixo carmine ornavit hanc *Sinensem Theam* Polyhistor Gallicus, *Petrus Petitus*: invidendis illam cumulavit laudibus, inscriptione editâ peculiari, Nobilissimus Archiater *Holfat. D. Iob. Nicol. Pechlinus*, qui & Aram huic *Theæ*, velut

Deæ, aut idolo potiùs, erexit, per ingeniosa lemmata. Pana-
 cæam, quasi omnium morborum turbæ aliquod Medusæ caput,
 posset Thea objici, vocârunt plures; atque tantùm non in cœ-
 lum extulerunt tot mangonum fraudibus obnoxiam, & rariùs ad
 ipsos Principes Germaniæ perlatam incorruptâ bonitate herbam.
 Qui πολλὸν ἄστα καὶ νόον ἔγνω, *Lugdunensis Medicus, Jacobus*
Sponius biennio superiori publicavit Gallicum libellum, *Traitez*
nouveaux & curieux du Café, du Thé, & du Chocolate; in quo o-
 perationes vendicantur *Theæ*, fidem omnem supergredientes. *Wil-*
helmi hen Rhyne commentationem, imò commendationem *Theæ*,
 singulari studio representavit & examinavit luculenter *Franco-*
furti, sub Præsidio Professoris Viri inclyti, *D. Bernh. Albini*, soler-
 tissimus *Job. Melchior Gengius*. Jam tum superiori seculo *Maf-*
feus Lib. 6. Indic. pag. 108. Idemque lib. 12. pag. 242. *Linschota-*
nus item de *Insula Japon.* cap. 26. atque ante hos *Trigautius* in
 descript. Regni *Chinens.* operam dederunt sedulam, ut non igno-
 raretur *Thea*. Meritissimus *Cosmopolita, Olearius Adamus* ille,
 dudum quoque in *Itiner. Pers.* cap. 17. hæc scripsit; fol. 599. edit.
Slesvic. 1656. Zu *Isbahan* am *Meidan* ist unter andern
Krügen (vel *tabern. potator.*) einer / welche sie (die *Pers-*
er) *Tzai Chattai Chave* heissen; in selbigen / wie auch an
 andern *Orten* / trincken sie ein heisß schwarß *Wasser* / wels-
 ches gekocht wird aus einem Kraute / so die *Usbeckischen*
Zartarn von *Chattai* in *Persien* bringen: Es hat länglichtes
 spize *Blätter* / etwan einen *Zoll* lang / und einen halben
 breit / siehet / wenn es gedörret / schwärzlich / rollet und früm-
 met sich als *Würme* zusammen / es ist aber eben das / was
 die *Chineser Thee* / die *Japaner* und *Indianer Chia* und
Chiaa nennen; denn bey diesen Nationen diß Kraut in groß-
 sem *Werth* gehalten wird. Die *Perser* kochen es mit klah-
 rem *Wasser* / *Anis* oder *Fenchel* / etliche thun auch ein we-
 nig *Nelken* darzu / und verßüßen es mit *Zucker*. Hat eine
 con-

constringirende Krafft/ roboriret Magen/ Lung und Leber/ ja alle viscera, stärcket das Haupt/ und vertreibet die überflüssigen Feuchtigkeiten/ benimmt den Schlaf/ daß man etliche Nächte auffbleiben/ und seine Sachen munter verrichten kan; wenn es NB. mäßig genossen wird/ soll es den Menschen gesund erhalten/ und zu einem hohen Alter bringen. Et ante ipsum *Nicol. Tulpius* l. 4. *Observ. Medic.* cap. 60. *Japoniorum* Tchiam (nam ita apud ipsos appellatur) pluribus depinxit lineis & encomiis magnificis cohonestavit ex *Matthæo Ricio*, *Ludovico Almeyda*, *Aloysio Frois*, *Jacobo Bontio*, ac aliis: ut supervacuum omninò labor esse videatur, plura addere elogia ex *Olai Wormii Museo*, *Athanas. Kircheri China illustrata*, aut *Atlante Sinico Martini*, aut *Jacobi Breynii Centur. exotic. plantar.* aut *Alexandri de Rhodes Sommaire des divers voyages & missions Apostoliques à la Chine*; aut ex *Curiosor. Germaniæ Ephemeridibus*; ne nocturnas Athenas mittere putemur.

§. II. Ad rem facit propius, mirari, aut rimari magis, an, & unde tot effectus incredibiles ab una herbâ Orientis extimi sperari debeant? In quâ dijudicanda re non præter rem præmittimus notatu digna verba equidem prolixiuscula, apprimè tamen facientia hùc, quia in *Hodæporico Sinens.* nupero adduxit *Petrus van Hoorn* part. 2. fol. 135. Unter andern heilsamen Kräutern hat das Sinesische Reich fast ein eigenes Kraut oder Gepüsch/ auff Sinesisch The und Cha genennet/ davon die Sineser und ihre benachbarte Völcker den Tranck machen/ der mit dem Kraut eben dieselbe Nahmen The und Cha hat. Die Blätter dieses Krauts/ oder Gepüsches/ sind den wilden Rosenblättern was ähnlich/ und soll niemand zweiffeln/ daß der The eine Art Rosen sey/ jedoch ist er nicht wild/ sondern zahm/ auch kein Baum oder Kraut/ sondern ein Busch; weil er sich in viel Zweige und Reißlein vertheilet und aussbreieth. Dieser Busch wird im Felde auf kleinen Hügeln

gepflanzet/ etwan drey Fuß voneinander / und wächst so hoch und breit/ wie eine Europäische Rosen- Stauden. Es sitzen die Zweige dieses ganzen Busches/ von unten bis oben an den Gipffel allenthalben voll Blumen und dünner Blätter/ welche vorne spitz zulauffen/ umbher wie eine Säge eingefärbet/ und dunkelgrün von Farbe/ sind fast wie die Palmblätter; ohne daß sie was breiter und spitzer fallen; und wiewol die Blätter des ganzen Busches einerley Form und Gestalt haben/ ist doch ihre Größe so unterschiedlich/ daß man an einigem Busche wol fünfferley Blätter siehet: die erste und größte Art/ derer Gestalt mit dem Blättern des Garten Balsam- Baums gänzlich übereinkommen/ sitzen an den untersten Zweigen. Darauff folgt die andere Art/ welche viel kleiner/ als die erste ist. Und dergestalt werden alle fünf Arten dieser Blätter von unten bis oben immer kleiner. Aber wie viel ihre Größe kleiner wird/ so viel wird allewege ihr Werth oder Preis größer. Denn wenn die Blätter gedörret/ und zubereitet/ gilt das Pfund derer/ so die ersten sind / 5. Holländische Schilling oder 30. Stüber / die von der andern Größe/ 15. Schilling/ die von der dritten 2. Reichsthl. oder 5. Holländische Gilden / die von der vierdten 15. Gilden / oder 6. Reichsthl. die von der fünfften und letzten Größe 50. ja zum öfftern 100. Gilden/ oder 20. bis 40. Reichsthal. wo sie wol bereitet sind. *Hæc Petrus Hoornius, Legatione functus Sinens. & àur. m. n. s.* Possem hîc, si opus foret, addere adhuc in India Orientali commorantis ultra duodeviginti Annos *Dn. Christophori Nottuagelii, Medici, Avunculi colendi mei, testimonium ad Optimum Parentem scriptum; ut appareat, in quanto apud Indos habeatur pretio hæc genuina & ex prima dignitate Thea: sed, dum magis necessaria supersunt, brevitati potius studebo.*

§. III. Illud involvendum minimè silentio, nec moribus, nèc morbis talibus notabiles *Iaponia* ac *Sina* incolas, ut *Euro- pæos*, esse: degere in locis temperatis adeò, ut possit illis ferè tri- bui perpetuum ver. De Regno *Cochinchina*, proximo *Toun- quin*, prodidit memoriæ singularia Vir immortalis dignus famâ, & sine exemplo redux toties ex Oriente, Magni Electoris Princi- pis Minister hodieque Berolini, Dn. *Job. Baptista Tavernier*, part. 3. Itinerar. lib. 4. c. 2. fol. 64 edit. Norimb. Germ. Ex diversâ aeris temperie diversa corporis & temperamenti habitudo surgit; ut non frustra scripserit Galenus librum, quo temperamentum corporis sequi mores animi ostendit. Cuius Sapiens propterea concludit *ὡς αἰέτων* libro: Magna ex parte hominum formas & mores regionis naturam imitari reperias, &c. ubi illa subdit: Quin & omnia, quæ è terrâ producuntur, terræ ipsius naturam sequuntur. Dixerat nimirum antea, qui fiat, cur diversos mores, morbos, motûs qui in cœlo alio, & solo adeò remoto habitant experiantur? Rationem dat subtilis *Scaliger* l. 1. Commentar. in *Hippocrat.* de insomniis: quòd his similibusq; nationibus, ut multus, ita etiam dilutus sanguis sit, qui post primum æstuationis impetum defervescat. Inde Indos pariter & Mauros pertinacissi- mè obire mortem, verè ait. *Nec est* (ut *Huartus Janus*, Doctor Medicus Hispanus scribit in scrutin. ingen. c. 4.) quòd ita longè abeamus, ac ipsas adeò procul à se distitas invicem compare- mus nationes. Quin si vel solas Hispaniæ provincias confera- mus invicem, facilè nobis exempla vitiorum ac virtutum in i- pslis patebunt indigenis. Hinc ingentia diversa diversiqve mores *Gothalanorum, Valentinorum, Murcianorum, Granaten- sium, Baticorum, Estremeniorum, Lusitanorum, Gallacio- rum, Asturianorum, Montanorum, Carthaginensium, Navarrearum, Arragonum, & in ipso Castellani Regni meditullio degentium populorum naturam faciem animiq; vitia & virtutes deprehendimus.* Jam dudum quoque *Cicero* 2. divinationum & de natura Deorum sollicitè hanc rem expendit, ferè ut *Lucanus* 8. Pharsalico. v. 363.

*Omnis in Arctois populus quicunq; pruinis
 Nascitur, indomitus bellis & mortis amator.
 Quicquid ad Eoos tractus mundiq; teporem
 Labitur, emollit gentes clementia cæli.
 Illic & laxas vestes & fluxa virorum
 Velamenta vides. — —*

§. IV. Quorsum hæc tam operosè? dicat aliquis: ut constet, inquam, quàm rectissimè: *Non omnia omnibus conducunt* dictum sit. *Seneca* rectissimè ad *Helv.* c. 6. *Hominum ingenia ad similitudinem cæli sui componuntur.* Alia nimirum aura, virtutes, vitia, alimenta & medicamenta sunt *Sinensium* & *Iaponensium* alia *Europæorum.* Non ex quolibet fit quodlibet. Illi mississimum sanguinis ad sanitatem ordinariam ignorant; nostri sine eâ vivere se posse dubitant. Illi *thermopotæ* *Theam* amant, nostri vinum atque generosos potus hauriunt immodicè. Illi victum simplicem imprimis, nostri mille appetunt cupedias, & *opsodædalorum* chaos. Illi exquisitis sese recreant odoribus, et *Ambra,* *Moscho,* *Cinnamom.* oleo similibusque; nostri homines *Nicotianæ* fumo ad fastidium luxuriare solent. Illi ebriositatem nesciunt, sobrietatem nostri. Quis miretur igitur, cum cælo, solo, salo, alimentis & medicamentis differant ab *Europæi* *Indi,* non periadè usui esse illis posse, quæ his sunt. Stultum inde videatur mori, aut pericula subire tot, pro illa apportanda. Credant, qui volent, hæc elogia, quæ refert *Nobilissimus then Rhyne*, „Sanguinem purificat, horrenda pellit insomnia, vapores à cerebro „arceat malignos, vertiginem capitisque dolorem (præsertim à crassa „pulâ ortum) mitigat, *Hydropicis* conducit, egregiè enim diuretica est; capitis rhevmata exsiccat, humorum acrimoniam corrigi- „rigit, obstructions viscerum tollit, visum instaurat. Cl. item *Piscus* „in *Commentar. ad Bontium;* Corpora reddit vegeta, imprimis au-
 tem

n hebetiores à somno ac torpore sensus expergefacit: Cor, 17
 hilarat, timoremq; propulsat; intestinorum tormina ac flatus,
 impescit, illosque qui uterum infestant, discutit; viscera vires,
 e roborat, reminiscendi vim exfuscat, ingenium acuit, bilem,
 operat, nephritidem tollit medicamen lithontripticum &c., 17
 id inde sequitur? Hoc nempe, ut exclamet personatus in
 atro Roscius, exemplo Batavi illius Medicastri, ejus (impe-
 tã prius veniã) consilium hinc adducemus:

*Hout u hoofi, en vooten warm,
 Overlaedt met uwendarm,
 Hout u gat gestaedig oopen,
 Duck wils van the Tbee soopen,
 Laet den Doctör quatly loopen.*

conf. etiam
 Bontek. l.c. p.
 418. 430. &
 454. part. 3. The

illi fructus sunt, si spretis aliis necessariis, ex sola *Thea*, Pana-
 fingitur, & quasi Dea.

CAPUT III.

De Natura THEE, & abusu ejus, cum examine.

§. I.

Evolvimur nunc ad ipsum Herbae examen, judicium inde,
 non studio partium, non irã, non præconceptã opinione, ali-
 quod latari. Inter omnes autem constat, decantatam *Theam*
 adeo à multo tempore, incolis notam, nullo (ut *Japonenses* præ-
 am) antiquitatis vestigio apud oculos aliã Sinenses, inter hi-
 glyphicos characteres existente; indicio evidenti, vel nullum
 i his gentibus, vel obscurum, vel annalibus indignum usum fu-
 ille;

illæ; donec peregrinorum novatorum cupido & credulitas superstitioſæ herbæ pretium imponeret. vid. *Guilielmus Piſo* Comment. in *Bontii* Historiam natural. & Med. Ind. c. 1. l. 6. interpretibus *Carone*, aliisq; Indiæ præfectis; nec non *Nicolaus Tulpius Obſerv. Med.* l. 4. c. 60. *Jacob. Sponius* in Tractatu curios. de *Coffe, The & Chocolade*, Germanicè verſo p. m. 131. licet contra terminum à *Celeberr. D. Simone Pauli* ab anno demum 1644. deductum, nimis angustum, historicâ fide confirmemur. Cùm non à *Baubino* modo in *Pinace* Ao. 1623. sed & seculo superiori ejus mentionem factam fuisse constet. Avitis interim temporibus nihilo infelicioribus existentibus, decessisse pristinae longævitati securitatiqve, herbæ defectu, nec accessisse usu quicquam, compertum sit. Ut causæ autoritas admodum vacillet, certissimaqve fraudis atq; vanitatis suspicio relinquatur.

§. II. Rarioris proventus atqve tardioris esse cùm in *Japonia*, tùm in *Sinâ*, nec suâ sponte, sed tertio demum anno ex semine, singulari culturâ resuscitari, adeoqve caram haberi, parùm est; ut non quinquaginta, vel centum libris Gallicis, seu quingentis redemptam *Dn. Tavernier* testetur, raroq; ad nos, fante ipso *Bontekoë*, part. 3. Theſ. 51. p. m. 413. Societatis Indiae Orientalis culpâ perferatur; infallibili argumento, illam, quæ hodie tam copiosè tolerabilique pretio affertur, adulteratam, decoratam, sole exustam, situ corruptam, & mille fraudibus larvatam novaturientibus imponere.

§. III. Signaturam autem, atqve hinc oriundum characterem specificum (cùm seminis indicium æquè fallax, nec omninò quidem cùm fructu, seu baccis ad nos perveniat,) quod attrinet, licet ut vanam penitus rejiciant osiores, condonandum illud tamen vitium Theologis quidem esset; modò ne cespitarent adeo in definienda specie ac ambigerent; alio ad *Feniculi*, *Chamaeleagni*, *Sumach*, ad *Spirea Paracelsi*, *Brusci*, *Myrtus Brabantica* familiam se convertente; ut de quintuplici ex uno frutice oriundâ differentiâ, notabili figuræ, pretii, ac virtutis discrimine nihil dicam. Ex quo colligitur, quòd nec de rei veritate, ne dicam

de utilitate certi quicquam liceat statuere. Accedit, quòd, apud *Sinenses* qui fuerunt, genuinam *Theam* viderunt accuratius, & explorârunt, similia sylvestris rosæ foliis illius folia deprehenderunt. Ita sanè allegatus supra *Petrus Hoornius*, Legatus ad *Sinenses* in Itinerat. part. 2. *Das die Thee eine Rosen Art sey / soll niemand zweiffeln / &c.* Veritas non nisi una est, difformis semper falsitas. Falluntur igitur, aut fallunt, qui tot uni herbæ tribuunt figuras, vires, æstimationes.

§. IV. Accedit desiderium allegatorum ab Autoribus characterum & proprietatum, coloris nempe, odoris, saporis; quem viridem, violaceum, & cum blandâ adstrictione gratè amaricantem testantur, recentem insuper commendantes ad unum omnes. Dum interim cum *Dn. Bontekoë*, gramineo odore, colore terrestri, sapore fatuo contentum esse palatum petulans oporteat. Licet nec in hoc casu sagacioribus impostoribus fallendi materia desit; aliis virorem lixivii adspersione mentientibus, odorem aliis *Nicotianæ* temperatoris, foliis eminè explicatis, appositè restituentibus, Quod elementum utut anomalum, & à laudato odore alienum sit; non deserit tamen (novimus) adulteros, sicut *Ambram* vili materiâ emeritumqve *Moschum* sale urinoso, *balsamum Apoplecticum* delicatissimè fragrantem, modico *Succini* oleo, vel *Castorei* momento feliciter exaltare solent.

§ V. Reliquis (vulgò vocant curiositates, non certè à *Borello*, *Malpighio*, *Grewo*, & *Bartholino* demum protractas in lucem, benè tamen ornatas, *Spigelio* inventionis gloriâ relictâ,) minutiis in *Theæ* contemplatione supersedemus; de fibris, membranis, reliquisq; creditis visceribus securi; maximè circa succum & sanguinem, non verò coquorum sudorem solliciti. In quò studii genere sanè ab antecessoribus ferè deserti parùm profecimus, præter laudum immodicarum cumulos vix solido experimento relicto. Nisi quòd *Celeberrimus Pechlinus* per modum præcipitationis cum
 ☉lo; *Dn. Johann. Melch. Gengius* Disput. de *Theâ* Francof. ad Viadr. habitâ sub præsidio laudat. *Dn. D. Albini* th. 8. per destillationem, oleo *Nicotianæ* æmulo producto, ingenium *Theæ* explorârunt;
 C suum

suum etiam infelix Medicus extractum *Bontekoë* p. 487. adjecerit. Interea salem volatilem, balsamicum, oleosum, particulasq; thamosas blandè adstringentes singuli urgent, effusissime in virtutes anodynas, antiscorbuticas, diureticas, lithontripticas, excurrentes. Quæ an præstita unquam, vel indè expectanda sint? dubitamus; veriti, ne famam non sustineant elogia, verbaq; ipsa denique eventu erubescant. Quare propiùs ad ignem accedendum partim actualem, partim potentialem, ut plus satis incalescat emortua hæc Dea, *Thea*, obscuraq; luci exposita omnibus pateat.

§. VI. Salem volatilem verum, non Chimæricum, tripliciter in statu inveniri rerum natura atq; ars æmula testatur: (1) Primus status fugitivus ac liber, (2) secundus medius, (3) tertius fixatus, & quoad sensûs vix perceptibilis. Hæc res ut clarior fiat, exemplis efficiemus. Prioris salis volatilis naturalis præsentia in *Armoracia*, *Nasturtio*, *Cochlearia*, levi tritu proditur; unde inconstans, nec moram sustinet, nec ignem, cui reliqui odores mox perituri *Jasmini*, *Hyacinthi*, *Tuberosæ*, flor. *Aurantior.* *Violar.* *Geniæ Hispanicæ* accenseri debent. Ex artificialibus salia omnia urinosæ dicta, e. gr. ♀ri, *viperar.*, *C. C. Urinæ*, huc quadrant. Alterius generis sunt salia volatilia oleosa, aromatico odore notabilia; quæ vel pingviori ♀i, vel viscositati implicata custodiuntur; ut sunt *Rosmarinus*, *Fœniculum*, *Melissa*, *Juniperus*, *Sassafras*, *Gummatæ Ase*, *Campborn*, *Castoreum*: ex artificialibus olea destillata aromatica. Tertii deniq; generis iterùm triplicia sunt; vel essentialia dicta, & per coctionem & coagulationem parari solita; quale sal ex Betulæ liq;vore copiosè collectum est; vel per fermentationem, ut in *Lilior. convall.* *Rosarumq; putrefactarum*, item *Trifolii fibrini* spiritu patet, (sunt autem spiritus nihil aliud, quàm salia volatilia, phlegmate soluta, vel ignis torturâ producta) hæc, quæ talia, rara; vel nulla sui indicia produnt; unde rectorem postulant artificem, quòd terrestribus impedita particulis sui juris non sint, istis compedibus violentâ manu liberanda. Ex artificialium catalogo adscribimus salia volatilia fixata, non castrata; illa violentis mineralium acetis, spiritu Oli & similium, sed delicato acido in concre-

THEÆ NOVISSIMA.



EXigua. ingentis. solatia. luctus,
Agonizat. Thea.

An. Dea.

Panacea. deficit.

Verum. immortale. nectar.

Oblivioni. jam. litatur.

Idolum. occidit.

Attoniti. Vates.

Salibus. suspiria. miscent.

Victimæ. exsangvi. cruorem.

Pudore. restituentes.

Post. fata. etiam. infelix. cadaver.

Negligitur.

Negat. Ægyptus. mumiam,

) (

Balsa-

Balsamum. Patria. Germania. succinum.
Picem. ne. tangas.

Jam. malè. olet.

Humandum. est. plures. ne. inficiat.

Exsurgat. rogas.

Reddaturque. Laribus.

Emeritæ. favilla. herbæ.

Coëant. in. urnam. calices.

Terrâ. sigillatâ.

Mundus. vult. decipi.

Detrahit. delubro. larvam.

Incorruptus. Naturæ. Mysta. Chymia.

Sceletoque. superbit.

Cave.

Crepat. apologiam. aretologus.

Experimentaque. ridet.

Jampridem. quadrupedum. elementorum.

Philosophia. exulat.

Non. calidum. non. frigidum.

Sed. &. tibi. cave.

Coë.

Imperatur. silentium.

Suspe-

Susp ecti. etiam. saporum. interpretes.

Sales.

Infidus. testis. Vulcanus.

Vana. fermentorum. examina.

Arcana. virtus. eminet.

Insipida. Sulphure. vacua.

(Oleum. ac. operam. perdidimus.)

Mercurii. expers.

Magnetem. Acu. tangunt.

Paradoxon. narras.

Ita. est.

Sed. Martem. fastidit. Aurum. attrahit.

Stramineum. naturæ. miraculum.

Tace. si. sapis.

Vixit.

Medicina. ad. vitam. longam.

Non. solo. fumo.

(Nicotianæ. elemento.)

Sed. fama.

An. vana. mavis. opinione.

Credulorum. otio. aucta.

Nata.

Sub

Sub. äuspicio. novitatis.

Postvortâ. obstetricante.

Non. Prosâ.

Nutrita.

Meretricia. mercatorum. fraude.

Adulatorum. assensu.

Adolevit.

Magnatum. autoritate.

Intumuit.

Donec. superstitionis. servitutum.

Excuteret. religio. veritatis.

Soli. Theæ. gloria.

Nulla. penitus. relicta.

Eheu. lemures. me. terrent.

Fallorne. an. errant. umbræ.

Pythagoream. supplicantes. metempsychosum

An. metamorphosin.

Per. me. licet.

Redeant. olim. in. **carduo.**

An. ad. palatum. futuræ.

Judica.

Parentatum. est.



um Hermaphroditicum coacta, levi iterum ignis aurâ refuscitata;
 1; de qua materia in argumento de Ole Ψ ri coagulato, sub No-
 liff. Dn. Præsidis nostri moderamine edito occurrunt plura.

§. VII. Horum omnium non nudiustertius, sed jam à mul-
 to tempore instituto experimentorum examine, ne simulacrum,
 videm in sterili & imbecilli *Thea* repertum fuisse, fides oculata-
 ram manuum nos docuit; comparatâ hoc sine satis magnâ copiâ
 retiosâ, nec nisi semel coctæ *Thea* in Aulis duabus Illustrissimis,
 cedente insuper liberalitate duorum Serenissimorum Principum,
 recentis ac selectioris *Thea apparatus* Præsidem mactantium. Mi-
 andum modò, nisi simul indignandum, cur, cum tot antea ex le-
 e moriantur methodi, (ut loquitur *Helmontius*,) ad morbos pro-
 erent & mortem homines Nobiliores; per quotidianum *Thea*
 austum tam immodicum, *Hydropem, ἀρτηρίαν, virium defati-*
 NB. *gationem, maritalis debiti extinctionem*, suo sibi soleant ar-
 cessere jumento, & tunc pœnitere tanti redimant.

§. VIII. Nunc primi ordinis volatilitatem æquè ac secundâ
 oleosi, nemo emunctæ naris admittet; cum sensus effugiat; aut
 illâ arte exprimet, nisi oleum ingratiſſimum & foetidum venditare
 velis. Postquam enim foetidis deploravit fata sua lacrymis, hor-
 endum sulphuris succedit magma, abjectissimo cadavere, omni sa-
 e vacuo, in fundo remanente. Tertiâ ratione successus planè ir-
 ritus ac desperatus est. Nam nec per se, nec alieno stimulo adju-
 um fermentationem subit, situ atque putrilagine abominandâ suc-
 cedente. *Salis* medii vana rursus expectatio, licet circumſpectè
 atque cautè admodum negotium aggrediaris. Denique an in
 combustione salem largitura sit fuligo? Philosophi fumosi testa-
 buntur; qui sapientiam ex fistula haurire conſeuerunt. Sal
 fixum, cum ex combustionem colligi, nisi parcissimus, vix queat, for-
 san copiosior invenietur in quisquiliis eorum, qui ex foliis bis mor-
 tuis (vid. *then Rhyne* citat. *Gengio* dissert. de *Thee*, p. II. à fin.)
 lactucas præpararunt. Tincturas & extracta quod concernit, tam
 cum spirituosis, quam aqueis parata, adeò imbellia reperies, ut sum-
 ptus perdidisse pudeat tempusque aureum. Unico, antequam hinc
 abeam,

abeam, experimento, *Bontekoë* respondendum adhuc, qua acido
 commissum extractum fermentasse asseverat; quasi verò omnia
 quæ cum acidis congregiuntur, Sale volatili, ut ipse imaginatur
 bi, abundarent; cum & Alcalia & terrestria, & acida cum acidis
 coëant ac tumultuentur. Hæc sunt, quæ experto innotuere ex
 digni elementi anatomia.

§ IX. Quibus ita se habentibus, facilis erit de effectibus
 conclusio; cum, quotquot notati, licet in principio communis
 opinionis assensu, incantati ad cœlum eam attollerent, pessimè habuerint
 inde; quibusdam tempestivam abstinentiam cautiorem factis, alii
 contra ad internecionem deductis. Uti Hydropicorum ac
via ventriculi, indeque sequente desperatam diarrhæam confectorum
 exempla quamplurima possemus allegare. Nec obstat assensu
 Aulicorum, aliorumque autoritas; quorum rationem reddendi for
 san in conflictu dabitur occasio. Interea non omnem tamen in
 patriam herbarum recentium virtutem denegamus; nec in nostris regionibus
 calidæ damnamus potum, cum solius Aquæ coctæ usus medicus
 & tempestivè sumtus egregios effectus olim præstiterit, & præstet
 etiamnum; maximè, si aromate balsamicarum herbarum domesti

NB. carum, eviratam *Theam* longè superantium, animetur: *Cha*
medris puta, *Fumarie*, *Trifolii fibrini*, *Veronica*, *baccar. Jun*
peri, (cum potus *Lappe* etiam admirandam cum felicitate usurpetur
 ,, de *Salvia* quid dicam? quæ tantoperè ab Indis æstimatur, ut hujus
 libram unam duplicato *Thea* pondere permutent; velut luculen
 ter graviterque; *Sponius* testatur. Tantum est de *Thea*. Soli
 DEO semper, nunquam soli *Theæ*, gloria
 dicenda!

* p. 14. §. 5. *silentium pro vitium*. Ead. p. §. 1. lin. 15. *omiss. voc.*
cum nec.

